

05

A

1642



JESU FORTUNANTE.

Decreto atq; Autoritate

AMPLISSIMI MEDICORUM COLLEGII

In Illustri Academia Wittebergensi

PRO LICENTIA

Summos in Medicina honores & privilegia Doctoralia legitime impetrandi.

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO.

DN. MICHAELE SENNERTO,

MED. DOCT. ANATOM. ET BOTANIC.

PROF. PUBL. CELEBERR.

Dn. Patrono, Fautore, atq; Promotore, singularis ob-
servantiæ cultu æternum prosequendo.

De

SUFFOCATIO-

NE UTERINA

publicè disputabit

M. JACOBUS Falckner / Lipsiens.

Præcticus Hanensis.

Horis ante & pomeridianis ad diem 29. Novembris

In Auditor. Major.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr. Anno 1660.



V I R O

*Magnifico, Summe Reverendo, Amplissimo, Excel-
lentissimoq;*

DN. ANDREÆ KUNADO,

**S.S. Theolog. D. Ejusdemq; P.P. famigeratissimo, Con-
sistorii Ecclesiastici Adfessori & Alumn. Electoral. Ephoro gra-
visimo, hocq; tempore RECTORI MAGNI-
FICO**

**Dno. Patrono, Fautori, ac Hospiti suo summe
Devenerando**

Nec non,

V I R O

*Nobilis. Amplis. Excellentis. atq; Experientis-
simo*

DN. JOHANNI MICHAELIS,

**Hæreditario in Bendorff / Phil. & Medic. D. Facult.
Medic. Lipsi. Decano Spectatissimo Therapevt. P.P. per orbem cele-
bratiss. utriusq; Principum Colleg. Collegiato Academ. De-
cemviro & Archiatro Saxo-Aldeburgico &c.**

**Dno. Præceptori, Fautori atq; Patrono suo Summo
Maximo**

hanc disputationem Inauguralem

D. D. D.

**M. JACOBUS Galsner / Med.
Practic. Hanenb.**



05 A 1642

Jesu fortunante

M Agnis sanè & innumeris ornamento-
rum cumulis, inter cæteras creaturarum My-
riades; Summus rerum conditor, foemineum
condecoravit sexum; adeò, ut sicut è reliqua-
rum mirandâ pulchritudine, magni Productoris elucet
Majestas; ita & potissimum in foeminâ, tanquam com-
pendio, quicquid universitas hæc tota fovet egregii,
evidenter visitur. Nam præter divinam rationalis ani-
mæ essentiam, plura & majora animi corporisq; dotes
continet, quæ enarrare & tempus & ratio instituti
permittunt. Quis enim immensas corporis, inestima-
biles quis animi dotes, quibus haud raro & viris tanquam
nobiliori sexui, palmam nisi præripiunt dubiam tamen
reddunt, effari sufficienter audebit? Nemo sanè nisi
cæcus omninò negabit omnem in universum pulchritu-
dinem mulieri communicasse naturam providam. Ast,
ut nihil omni ex parte beatum deprehenditur, ita foemi-
nis quoq; fors ista manet, & ut formositatis, ita simul ca-
lunitatis humanæ evidentissimum exhibent exemplar:
Nam præter fortuita casus, & humana omnia, quæ viro-
rum singulis timenda, variis, diris ac difficillimis ægri-
tudinibus, tum ratione temperamenti, quod frigidius,
tum instrumentorum ad conceptionem, partum & la-
ctationem destinatorum, miserrimè divexantur excar-
nificantur, & interdum quasi ad crucem destinata, stran-
gulantur. Sit nobis omnium instar affectus periculosis-
simus,

simus, strangulatus seu suffocatio ex utero, quem jam subtractionis incudem revocamus: & precamur summum Numen, ut suâ gratiâ nobis adesse, huncq; conatum ad sui gloriam, & ægrotantium salutem dirigere non dedignetur.

THESIS 1.

A Cortice quod dicitur incipiendum, inq; monstri hujus mali Nomen inquirendum erit, antequam ad ejusdem essentiam & naturam progrediamur.

TH. 2. Variis autem præfens affectus insignitur titulis. Vocatur enim interdum docente *Galen. 6. de loc. aff. 5. ἀπνομή. ὑστερικὸν καὶ θ.* Aliis *πνιξ ὑστερικὴ* Uterina suffocatio. *Plinius nat. hist. lib. 20. c. 5.* hunc affectum suffocationem mulierum appellat. Alii *κατ' ἰσοχὴν* Hystericam appellant passionem, quod principalis sit affectio, quæ ex uteri vitio provenire soleat; Alii uteri recursum vocant ad superiora; persuasi *Platonis, Pauli & aliorum* Sententia. Communiter verò strangulatus seu suffocatio uteri vocatur, non, quod uterus ipse strangulationem patiatur, sed quod hoc malo correptæ, sine ullâ prorsus respiratione motuq; jaceant, & sensum strangulationis percipiant. Melius verò vocitatur suffocatio ex utero, cum hic receptaculum sit, ex quo vapores eleventur.

TH. 3. Misso nunc Nomine, ad rem ipsam nos convertemus, visuri, quâ ratione affectus hic describi & delinari possit. Non quidem nos latet plurimas afferri ab Autoribus descriptiones, à rei veritate alienissimas, quas tamen nos, qui veritatis sumus indagatores, tanquam rationi & experientiæ contrarias, meritò rejiciemus.

TH. 4. Non itaq; à parte eorum stamus, qui per uteri ad superiora recursum definiunt, qualiter *Paulus lib. 3. c. 71.* & cum secuti *Rondeletius, Altomarius;* & alii quàm plurimi, quorum nomina afferre operosum nimis foret: Ab horum inquam parte non stamus siquidem ligamenta, quibus uterus detinetur firmissima, id ipsum impediunt; sed potius cum *Summo Sennerto ipsi motum denegamus, vide eum in quest. lib. 4. prax. part. 1. Sect.*

Secl. 2. c. 14. & cum Zacuto Lusit. prax. medic. admirand. Lib. 2. obs. 94. dicimus: Illum in Anatome suam fateri inscitiam, qui uterum motu locali ad superas partes & diaphragma moveri posse autumat, *Galenig;* & priscorum edictis maximè repugnare. Neq; pollicem premere iis possumus qui simpliciter per respirationis impedimentum cum omnimodâ quiete eum definiunt, sicut *Moschio* & alii, obstat enim quod hoc modo non differret ab Apoplexiâ, ut pote quâ correptum animal sine sensus & motus vestigio procidit. Differre autem uteri suffocationem ab Apoplexiâ, nemo forsan erit qui contradicet.

TH. 5. Nos ut brevitati studeamus (alias enim in immensum cresceret opus) hoc modo describimus. *Suffocatio uteri est congeries plurium Symptomatum, actiones in corpore nostro promiscuè oppugnantium, cum respirationis interceptione, corporisq; totius refrigeratione, ex uteri vitio.*

TH. 6. Non per unum Symptoma affectum hunc posse definiri facile constare posse autumo, cum nunquam vel rarissimè in solâ respirationis læsione acquiescat, sed conjuncta habeat ut plurimum, vel Syncopen, vel lipothymiam vel palpitationem cordis, vertiginem, deniq; quod pessimum, convulsionem; Hinc, quoniam una non est suffocatio, meritò per congeriem seu Symptomatum complicationem definiendam censui: Sicut & probat Summus *Sennert. loc. cit.*

TH. 7. Antequam verò ulterius progrediamur & causarum doctrinam examinemus, necessum erit, ut de Subjecto hujus mali simus solliciti, quod vel *primarium* vel *secundarium* esse potest. *Primarium* seu focus & fomes, ubi minera stabulatur, uterus est, nec hic solus, sed vasa ejus quoq; ut potè, tubæ uterinæ *Fallopiana* & testes; In his enim potissimum materia maligna, quæ tetrum venenatumq; exhalat vaporem, residet: laxa siquidem & rara vasorum est Substantia, nec non fistulosa, adeò ut materiam facile suscipere & retinere queant; Sic pendula sunt, hinc in Hypogastrii Regione oberrare, adq; hanc vel illam partem facili negotio pertingere possunt. Testantur hoc Viri in Anatomia versatissimi *Riolanus lib. 2. antrop. c. 32. & Vesalius de hum. corp. fabricis. lib. 5. c. 15.* qui in foeminis quibusdam hoc

morbo affectis & defunctis, testes ad pugni & pisæ majusculæ magnitudinem, croceo humore, gravissimè olente & venenosam qualitatē præ se ferente, refertos, invenerunt. Ex hoc error ille plurimorum clarissimorum Medicorum facile convincitur, qui testes illos vagabundos, pro utero ascenso habuerunt, mulierculisq; facile credulis persuaserunt. Nec verò uterum excludimus. Certum enim est ex humorum colluvie, quam Natura illinc deponere consuevit, vapores, exitiosâ qualitate infectos, elevari. Non verò cum *Carolo Pisone, qui tract. de morb. ex colluv. serof. ort.* Subjectum principale hujus Symptomatis cerebrum esse statuit, consentimus; cum falsa fundatur hæc sua assertio, hypothesi; putat enim suffocationem uteri convulsionem esse, quod tamen nos, experientiâ hysteriarum mulierum, quæ in Paroxysmo sine ullo motu perseverarunt, edocti, constanter negamus.

TH. 8. Secundarium quod concernit subjectum, totum corpus est, vel quædam partes, prout malignus vapor, modo hanc modo illam sua venenositate infestat; Præcipuè verò cor, partes respirationi dicatæ, ventriculus, & caput; quod Symptomatum varietates, Syncope, Lipothymia, palpitatio cordis, respirationis interceptio, vomitiones, anxietates, ructationes, vertigines, deliria, sensus abolitio, & deniq; convulsionem luculentè nobis demonstrant.

TH. 9. Ad causas ut deveniamus necessum erit, utpote in quarum investigatione diligenti, exacta curandi dependet methodus. Prius autem de proxima & immediata, de antecedentibus & disponentibus, tandemq; de procatarteticis brevibus agemus.

TH. 10. De proxima itaq; & immediata hujus affectus causa, dissentientes invenimus Authorum opiniones. Alii in frigidam uteri intemperiem, alii in calidam, alii in siccam referunt; quidam morbum in situ esse, Alii cum Platone uterum in corpore errare dicunt, pvoniam sit animal prolem generare cupiens (licet *Albertus Botton de morb. mul. c. 39.* Platonem excuset, & dicat illum intellexisse non uterum ipsum, sed vaporem malignum ex utero exhalantem) alii ad uteri exinan-

transitionem referunt: & quæ aliæ sunt opiniones, quæ quoriam à Galeno 6. de loc. aff. c. 5. & Sennerto lib. 4. prax. p. 246. recitantur & refutantur, brevitatis studio prætereo. Potius quæ mens nostra exponam. Scilicet statuimus cum Cl. Sennerto loco cit. Zacut. Lusit. prax. hist. lib. 3. p. 493. Alberto Botton. loc. cit. aliisque probatissimis Authoribus, proximam & immediatam suffocationis uteri causam esse vaporem & humorem malignum venenatumque, per arterias, venas & nervosum genus elevatum, actionesque prout ad hanc vel illam partem fertur, lædentem. Nec de viis per quas iste vapor & humor vehatur diu possumus esse solliciti, cum præterquam quod Hippocr. teste, totum corpus nostrum sit *ἑὸν πρῶτον καὶ ἑὸν πρῶτον*, circulatio sanguinis abundè viam monstrat, per quam materia ista maligna, ad partes etiam remotissimas, pervenire possit.

TH. II. *Causa interne seu remota præcipuè sunt sanguis menstruus Semen, & alii vitiosi humores in utero & vasis collecti.* Et quidem primò sanguis menstruus: Hic enim si vel *quantitate vel qualitate peccat* causa suffocationis uteri existere potest. *Quantitate* quidem, non ut alii temere contendunt, hoc præstat, quod scilicet vasa repleat, uterumque retrahat, & convulsionem excitet, quod falsum esse ex eo constat, quia malum hoc subito occupat, statimque cessat, & remediis adhibitis mitescit, quod in convulsione non fieret, sed diutius omnino durare necesse haberet. Potius fit in plethoricis corporibus, cum sanguis majori copia, quam quæ excerni potest, ad uterum confluit, ibi moratur, & corrumpitur: corruptus deinvenenosam suscipit naturam, sicque fomitem præbet huic malo exerando, sicut Exempla earum suppeditat *Forest lib. 28. obs. 34.* quæ ex suppressa menstrua purgatione in hunc affectum incidere: Hinc factum, quod plures pro veneno eum pessimo habuerint. *Vide. Fernel. lib. 7. Phys. c. 7. item Stephan. Roderic. Castrensem de natura mul. disput. 6. & alios.*

TH. 12. Non tamen tanta perpatiuntur Symptomata mulierculæ ex sanguine menstruo quam ipso semine, deleteriam siquidem induit naturam, & passionem Systericam exacerbant, hinc & *Forestus lib. 28. obs. 32.* exempla notavit. earum quæ
ex

ex semine (siquidem menstrua fluxere) graves & lethales suffocationes uterinas sustinuerunt. Non quidem nos latet plurimos Neotericorum in ea esse opinione feminas nullum prorsus generare semen, idq; cum Arist. pertinaciter satis defendere: Verum enim vero quoniam Authoritatibus rationibusq; tot tantorumq; virorum hoc affirmantium, refragari nefas duximus, merito eorum vestigiis insistentes, feminis semen, licet non tam perfectè ac virorum elaboratum, concedimus.

TH. 13. Semen verò hoc muliebre, tam in uteri capacitate, quam & quidem potissimum in vasis & testibus facilè corrumpitur; quod ipsum notavit Roder. à Castr. de morb. mul. c. 1. p. 154. cum inquit: *corruptio ista sanguinis & seminis, tum in vasis uteri, tum in utero ipso fieri potest: quæ diu durant affectiones, potius ex causa intra uteri vasa conclusa ortum habent, ea verò quæ viduis accidunt & grandioribus virginibus, salacibus, & virorum colloquiis asperis, ex eadem Substantia in uteri cavitatem prolapsa, enascuntur.* Quod quidem negant Plater. Tom. 1. de res p. 12. defect. c. 4. p. 429. Rondol. lib. 1. Forestus lib. 28. pag. 668. & alii plures, scilicet, semen in vasis putrescere posse, quia sit in loco naturali, & si putresceret, potius vasa erodere, quam suffocationem excitare. Sed hæ rationes nihil quicquam valent, aliàs sequeretur quod neq; sanguis in venis putrescere & alienam qualitatem suscipere possit, quod tamen in febribus, fieri, experientia abundè monstrat. Ad hæc semen muliebre non tam perfectè elaboratum est, ob caloris inopiam, quam quidem virorum, quod nihilominus corrumpi, melancholici monstrant affectus, vomitiones & mæstitix. In super nec purum est semen femineum, sed pravis aliis & serosis interdum humoribus permistum est. Sic vasa quoq; non semper benè constituta sunt, sicut Cl. Sennert de suffoc. uter. p. 248 Plateri sufficienter refutat sententiam. Deniq; Autoritates summorum virorum in Anatomia versatissimorum Vesal. & Riol. producimus, qui hoc ipsum, sicut ex locis allegatis patet, sufficienter probant.

TH. 14. Dicimus ulterius: Semen non solum corruptum, & sanguinem aliena qualitate infectum, suffocationem uteri excitare; Sed alios insuper putridos & vitiosos, in utero colle-

collectos humores: Quod passim Authores pluribus exem-
plis probant, de mulierculis, quæ hoc affectu fuerunt correptæ,
etiã si menstrua fluxerint, venerisq; habuerint exercitium.
Impura siquidem massa Sangvineã, sæpiusq; plurimos humores,
velut Biliolos, melancholicos, Serosos, & Pituitosos admixtos
habet, hinc facillè fieri potest, ut ex mora diuturniore in utero,
vel inflammatio, vel apostema, ulcus & id genus alia procreen-
tur. Hæc enim peculiaris uteri natura est, ut humores in eo
corrupti morbum inferre valeant, quod tamen non facile con-
tingit si alia in parte corrumpantur. Hinc malum hoc gravidas
quodq; divexat & Puerperas, (quod quidem *Avicenna* negavit)
quia vel materia maligna relinquitur in utero, post partum, vel
in partu movetur nimium, adeo ut licet corpulentia deorsum,
vapor tamen sursum elevetur. Sicut observavit *Forest.* lib. 28.
obs. 30. de femina uxore *Pharmacopæi*, quæ secundo à conceptu
mense, suffocationem uteri perpesa est, idq; per quatuor, aut
quinq; vices, non sine febre. Et de alia, quæ in ipso partu hoc
malo fuit correpta.

TH. 15. *Antecedens causa* plerumq; esse solet cachexia vel
alia putridorum humorum colluvies, præsertim si ventriculus
pravis succis refertus sit; quemadmodum notavit *Paulus Reneal-*
mus obs. 120. de femina, quæ ob hanc causam in suffocationem
uteri incidit, purgatoq; ventriculo, convaluit.

TH. 16. *Disponentes cause interne* sunt res istæ à Medicis
naturales dictæ. *Temperamentum scilicet & atas.* Quæ itaq;
temperamento gaudent frigidiori, cibos & alimenta, ex defectu
caloris, rite concoquere, inq; Alimentum boni succi convertē-
re nequeunt, hinc cruditates remanent, quæ sanguini permistæ
atq; uterum delatæ, ob loci proprietatem putrescere & huic
malo ansam præbere solent. Quod & temperamentum calidius,
cum plurimum adusti generet sanguinis, facile præstabit. Nec
humidum & calidum, eò quod bonum generet succum, unde
copia seminis provenire necessum est, excusabitur. Hinc di-
cente *Platone* assimilantur mulierculæ, hoc temperamento
præditæ, arboribus nimis fructiferis, quæ ob nimiam alimenti
copiam, plurimos proferunt & uberiores fructus. In juven-

B

tute,

tate, quod *etatem* concernit, potissimum hoc Symptoma pro-
venit: in hac enim mulierculæ cum humoribus scadeant, mul-
tumq; pituitæ generent, facilius succumbunt malo huic. Quod
& ipse approbat *Arist. 7. hist. anim. c. 2.* dicens: Mulieres dum
menstrua apparere incipiunt, præfocari sæpè solent. Pari verò
ratione sicut juvenculis à pituita crassa ut plurimum hic affectus
oritur; ita ob eandem causam grandævæ pessime divexat; hæ
enim cum magna copiâ pituitosam generent excrementum,
utiq; eodem malo sæpissimè, & ut plurimum lethali, eas excru-
ciari contingit.

TH. 17. Hisce causis aliæ res p. n. accidere solent, quæ in-
tus affectum hunc excitare valent. Fæminam ex *semine maris*
frigido cum illud in coitu persensit, in uteri suffocationem inci-
disse, testatur *D. Hornung Epist. Medic. 274. p. 487.* Ex *lumbrico*
postmodum excreto, ortum duxisse, asserit *Zacut. Lusit. prax.*
hist. lib. 3. c. 13. obs. 1. Ex *frusto* quoq; *carnis nigro*, solido ac com-
pacto, cydonii mali magnitudinem superans, refert idem *Au-*
thor loc. cit. obs. 2. Sic ex *inflammatione, Apostemate, ulcere, Cancro*
ulcerato uteri, defluxione à capite & alia quavis parte, fæminas ex
utero fuisse strangulatas; plurima reperies veterum Aa. testimo-
nia. Vid. *Forest. lib. 28. obs. 28.* *Bruell. in prax. Mercur. lib. 2. de m.*
m. c. 3. *Varand. de m. m. lib. 1. c. 6. & alios.*

TH. 18. Si consulamus Hermeticos & Chymicos, quam
nam causam huic affectioni tribuant, nihil nobis aliud respon-
debunt cum *Paracels.* & aliis, quam causam esse pugnam illam
subitanam, quæ exoriatur, quando Spiritus isti validissimi,
Æther, Æther & Quælis resolvantur, tunc enim exardescere &
talem affectum excitare.

TH. 19. Superest jam, ut de causis procatartificis aliquid
in medium proferamus, & videamus, qua ratione & illæ effica-
ces sint ad generandum hunc affectum. Sunt autem quemad-
modum communiter à Medicis recensentur numero sex; *Aer,*
cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, excreta & retin-
ta, Animi deniq; pathemata. Ordine de singulis.

TH. 20. Primo itaq; intuitu se *Aer* prodit, cui in progi-
gnendis morbis tanta vis, ut testante *Hippocr.* ex hoc & cibo
omnes

omnes morbi originem trahant. Uteri verò strangulatus causa
existit Aer, si humidus præprimis sit & frigidus. His enim qua-
litatibus infectus, corpus nostrum densat, humectat, poros cutis
& Spiracula claudit, humores increasat, superfluos cumulat &
vaporum resolutiones, plus justo, impedit. Talis Aeris tempe-
stas potissimum Autumno & Hyeme perſentitur, hinc sæpè in
hyeme contingit hæc passio, sæpius Autumno; hoc enim anni
tempus, propter nimiam imbrium frequentiam, summamq; fri-
goris & caloris inæqualitatem, maximè ad hunc affectum pro-
ducendum, accomodatum est: Humores enim tunc in corpo-
re moventur, quòq; alias quieti latitaverunt, sedes suas relin-
quunt, hinc indè vagantur & pro diversitate qualitatum, modò
hanc, modo aliam causantur affectionem: *Hinc Hippocr. 9.
Aphor. sect. 3.* per Autumnum morbos omninò acutissimos &
exitiales esse, asserit. *Et Carol. Piso tract. de morb. ex colluv. Serof.
ort.* ex procellosis tempestatibus, hysteriarum passiones exa-
cerbatas fuisse, testatur. Hyeme verò evenit propter vim fri-
goris impediens, ne vapores maturè ad exteriora exhalent,
quibus tamen & hoc annumerandum, quod frigus temperiei
uteri, nervosarumq; partium repugnet, *sic Forest. lib. 28. obs. 31.*
observavit de muliere noviter nupta, quæ post mensium purga-
tionem ex utero suffocata fuit, eò quod frigus & ventositas, tunc
temporis ingens, uterum infestasset.

TH. 21. Huc & odores referimus, à quibus huic affectui
obnoxia, mire afficiuntur. Si enim grati naribus exhibeantur,
veluti Moschus, Ambra, Zibethum &c. Suffocatio consequi
solet: si fætida, ut Asa fætida, Castor. galban. & alia male olen-
tia, in Paroxysmo applicentur, remittit: Non quidem nega-
mus, dari quasdam mulieres, quæ suaveolentia perferre possint,
quin hisce in Paroxysmo recreari; sicut *Horst. obs. 1. p. 3. tom. 2. de
muliere hysterica* observavit, quæ grave olentibus magis vexata;
benevolentibus, naribus admotis, recreata fuit; quod ideo fa-
ctum, quia uterus non tantis impuritatibus refertus fuit. Unde
verò vis ista odoratis proveniat, Authores dissentiunt. Nos
cum *Cl. Sennert. lib. 4. prax. pag. 124. & seqq. item Primer. lib. 3. de
morb. mul. c. 11.* Vim istam ad occultam qualitatem referimus,

quæ uterus grata amplectitur, fatida verò fugit & averfatur; idq; propter Sympathiam & antipathiam, cujus ratio vix dari poterit.

TH. 22. Cibus & potus nunc in rerum procatarticarum ferie fequuntur; quæ sua quoq; ad generationem hujus Symptomatis conferunt Symbola. Cibus quidem in quantitate modum excedens in culpa est: Sicut Exempla plurima demonstrant, quod πολύτροφοι hoc affectu quam citissimè correptæ fuerint. Qualitate quoq; si excedat, nocet: quando ea ingeruntur, quæ primò sunt difficilioris concoctionis: Veluti carnes Suillæ & bovinæ fumo induratæ, asellus arefactus, salitus &c. Deindè quæ facilè corrumpuntur; & in corpore putredinem suscipiunt: ut potè sunt fructus horarii & crudi. Tertio quæ boni sunt succi plurimumq; sanguinis & seminis generant. Quarto quæ flatulenta, & sentiginem excitant: Veluti sunt legumina & Bulbi. Tandem dulcia; tum quia ut plurimum sunt benefo-
lentia, tum quia sapor dulci, qualitas utero grata conjuncta est, quæ ipse, & in eo humores, commoventur. Quemadmodum Exemplum habet Forest. lib. 28. obs. 28.

TH. 23. Potus verò ad productionem suffocationis uterinae confert. Primò si immodicè assumatur: Ex enim quæ temulento sacra parant Deo, huic malo, ob laudabilis succi generationem, Spirituumq; agitationem, subjectæ sunt. Deindè si intempestivè infundatur: Sic ex potu aquæ intempestivo, mulierem ex utero strangulatam fuisse, testis est Forest. loc. cit. obs. 29. & Gabelchoverius cent. 2. obs. 9. Tertio si vinum generosum, & cerevisia multò lupulo cocta, plus justo hauriatur. Quod & de lacte notandum, quia hæc omnia feminalem augent materiam, & vinum præcipuè humores in corpore validissimè agit. Hinc apud Romanos puellis vino interdicebatur, quia venerem in hoc luxurire credebant, secundum Poetam:

Vina parant animos, acuuntq; libidinis ignes.

TH. 24. Pervenio jam ad somnum & vigilias, quæ si modum excedant, exitiosa secundum Hipp. 2. Aphor. 3. evadunt: quod comprobatur & Gal. com. 7. Aphor. 68. Vitent itaq; somnum multum, cum dicente Galeno lib. 11. Meth. med. c. 3. humectet & cale-

calefaciat, hocq; modo feminis generationem promoveat.
Vigiliae itidem modum excedentes perniciosissimæ; quoniam
humores in corpore quasi adurant, melancholicum succum
generant, sanguinemq; reddunt biliosum: docente Galeno com.
7. Aphor. 18.

TH. 25. Ab intempestivis nimisq; *exercitationibus* uteri-
nam suffocationem provenire posse, testis est Hipp. lib. 2. de
morb. mul. Omnis occasio, inquit, uteros propellere potest (sic
enim loqui amat) si quid malè habeant; nam & à frigore pe-
dam ac lumbrum, saltatione & terrore, & lignum sectione.
Quæ verba paulò post repetit, & causam addit: quia resiccantur
nimis à calore & calescunt. Nec verò uterus exsiccatur tan-
tum ab *exercitationibus* nimis, sed & Spiritus dissipantur, hu-
mores adurantur, & ventilatio congrua adimitur, ex quibus pu-
tredinem corruptionemq; provenire, non absolum est. Quor-
sum Galen. com. 3. Aph. 20. cum *Exercitationes* nimias culpatur &
interdicit, respexisse autumo.

TH. 26. Præcipuè verò ea nocent, quæ p. n. vel retinen-
tur, vel excernuntur. Sic semen ultra tempus retentum putre-
dinem acquirat, miraq; excitat & exercenda Symptomata, quæ
illis potissimum evenire solent, quibus antea peracta Venus, jam
nunc interdicta est. Pari ratione, si sanguis menstruus, perio-
dicam suam non continuet fluxionem, abesse non potest, quin
mora diuturniore in utero corrumpatur, & præter alia funesta
symptoma, & suffocationem uteri excitet. Hoc observationi-
bus confirmat citatus Forest. obs. 34. & alii Authores. Admira-
tione verò non vacat, quod vidit Varandæus: quibusdam scilicet
mulieribus hanc affectionem contigisse, si per integram septi-
manam consuetus cessaret vomitus, vel per alvi fluxum non
purgarentur. lib. 1. de m. m. c. 6. Et Averrh. cum Avicenn. cit. Roder.
à Castro de m. m. lib. 2. cap. 1. p. 156. ex albi fluxus retentione, strah-
gulatas fuisse mulieres, testantur. Quod verò retenta efficiunt,
illud & excreta, seu evacuationes. Vasa namq; uteri, si nimis
evacuentur, humores in utero alieni, alias quieti, excitantur;
cum verò plerumq; excrementitii & noxii esse soleant, noxiam
quoq; & venenatam evaporant auram, quæ causa proxima suf-
foca-

Suffocationis. Confirmat hoc Hippocr. 1. de m. m. c. 36. Mercatus 2. de m. m. c. 3. p. 545. Et Schenckius lib. 4. obs. de uteri strangul. et Cordaeo com. 2. ad 1. lib. Hippocr. de morb. mul. historiam refert de femina, quæ ex improvisa Saphenæ apertione, cultello prolapso facta, & subsecuta magna hæmorrhagia, in hystericam incidit passionem.

TH. 27. Animi deniq; Pathemata apta nata sunt ad productionem mali uterini. De quorum effectu plurima extant apud Authores exempla. Ex ira & Zelotypia ortum fuisse, testatur Forest. loc. cit. obs. 28. Item Job. Baptist. Montan. in concil. 9. de affect. mul. Sæpius ex malo nuncio & mærore contigisse; testis est Primeros. lib. 3. de m. m. c. 11. pag. 210. Galenus historiam refert de foemina, quæ ex furtivo amore, quem tamen revelare erubesceret, in hunc affectum incidit. Smetius lib. 3. Miscellan. Epist. 7. mentionem facit hystericæ, quæ illico suffocata fuit, cum voluntati ejnsdem ex templo non satis fieret. Hunc referendæ idearum lascivarum aspectus seduli, meditationes venereæ intensæ &c. Hæc enim sicut Authores testantur, Spiritus in corpore agitant, venenum consopitum excitant, furoremq; animant.

TH. 28. Sufficiant nunc de causis dixisse, ad differentias ut progrediamur necessum erit. Sunt autem variæ, cum non uno eodemq; modo, omnes suffocentur ex utero mulieres; quædam enim paroxysmum sentiunt leviolem, graviolem aliæ, prout vapor iste malignus hanc vel illam partem afficit. Præterea cognationem cum aliis affectibus habere videtur, hinc necessario primò inter se, dein ab aliis affectibus consimilibus, quodammodo erit distingvendus.

TH. 29. Inter se differt suffocatio, pro causæ efficientis magnitudine & diversitate: *Alia* enim levis est, in qua respirationis difficultas quidem persentiscitur, citius tamen remittit. *Alia* gravior, si Symptomata concurrunt, veluti syncope, lipothymia. *Alia* est gravissima & periculosissima, in hac omnis respiratio ad sensum, cum sensu & motu tollitur. Alioquando & alii affectus conjunguntur, sic cum calculo vidit Solenand. sect. 4. conf. 2. cum delirio, vomitu, convulsionibus. Hoechsteter.

part.

*part. 2. de cat. 4. cas. 3. Item Math. de Gradib. cons. 52. Sylvaticæ
Lentur. 4. Cons. 7. 8. 9. & seqq. Alia est à semine quæ gravior &
periculosior. Alia à sanguine menstruo. Alia ab aliis excre-
mentitiis humoribus.*

TH. 30. Ab affectibus, verò qui convenientiam quan-
dam cum hoc habent, in genere distingvitur, quod hystericae
quærelam de utero habeant, & suaveolentia utero, foetida na-
ribus admota, peculiari qualitate paroxysmum vel levigent, vel
tollant, quod in aliis cognatis affectibus non accidere, experien-
tia nobis commonstrant.

TH. 31. In Specie verò differt; & quidem à *Syncope* secun-
dum *Sennertum*, quem in hoc pasu, tanquam accuratiorem, me-
ritò sequimur: *partim*, invadendi modo, cum *Syncope* invadat
ex improvise, nullis antegressis indiciis: Suffocatio verò ute-
rina, signa habeat eam antecedentia, ex quibus futuram calami-
tatem, tanquam è specula, prævidere possumus. *Partim* vehe-
mentia: *Syncope* omnem pulsum ad sensum aufert: uteri suffo-
catio aliqualem relinquit, licet exiguum. Item: in illa adest
sudor frigidus; in hac non, nisi simul complicitur *Syncope*.
Partim duratione; Ad vitam enim vel mortem subito *Syncope*
properat; per biduum è contra vel triduum strangulatum uteri
durasse, multi testantur Authores. *Partim* deniq; medicamen-
torum, quibus curantur, diversitate: *Syncope* tollunt sua-
veolentia, hysterica passionem verò magis excitant.

TH. 32. Ab *Apoplexia* itidem differt primò invasionis mo-
do. Citissimè enim & velut fulmine tacti, procidunt *Apople-*
ctici, non ita hystericae. *Secundo* sensu, quo *Apoplectici* omni-
nò destituuntur; secus ex utero suffocatae; hæ enim punctio-
nes, pilorumq; vellicationes sentiunt, & reminiscuntur eorum,
quæ secum acta fuerunt in paroxysmo. *Tertiò* cum stertore
Attoniti Spiritum ducunt; Aliter in strangulatu matricis eve-
nire solet.

TH. 33. A *catalepsi* discriminatur: cum in hac ægroti pa-
tes habeant rigidas, oculosq; apertos. *Suffocatae* non ita.

TH. 34. Ab *Epilipsia* (quam interdum propius acce-
dere & comitari solet, sicut notarunt *Job. Hieron. Pul-*

veris.

perin. prax. cap. 95. Forest. lib. 10. obs. 34.) discernitur, vel
ratione concussionis seu convulsionis corporis, quæ non semper
cum suffocatione uterina conjuncta est, & si conjuncta, non
universalis est, sed intermittit, & hanc vel illam saltem partem
afficit; *Vel* ratione sensus, qui in hysteris remanet, in Epilep-
ticis vero aufertur. *Vel* ratione spumæ, & oculorum distortio-
nis, quæ signa sunt Epilepticorum propria, & non apparent in
hysteris, nisi conjuncta fuerit Epilepsia.

TH. 35. *A lethargo* quod febris in hoc necesse adsit, in hy-
steris non ita, nisi in utero aliud lateat vitium, veluti absces-
sus. *Deinde*, quod pulsus major sit & crebrior, in hysteris fere
nullus, aut exiguus.

TH. 36. *A furore uterino* differt eo, quod hoc affectu cor-
reptæ, garrulæ, iracundæ, & quasi furibundæ, agitentur, hinc
inde viros, omni pudore seposita, sedentur, veneremq; sollici-
tent, & si denegetur, desperatæ in puteos vel fluvios sese præci-
pitent, sicut Historiæ satis demonstrant. *Hystericæ* verò quie-
tæ jaceant, & veluti Attonitæ, sine loquela cum exigua respira-
tione.

TH. 37. Non rarò accidere solet, ut hysteriæ respiratio-
nem & motum penitus amittant, & quasi omninò defunctæ, nul-
lum vitæ superstitis signum exhibeant: hinc quâ ratione ab his
distingvantur, dispiciendum. Plurima enim extant Aa. exem-
pla earum, quæ pro mortuis habitæ & sepulchris traditæ, tandem
revixerint, vide si lubet *Forest. lib. 28. obs. 27. Schenck lib. 4. obs.*
pag. 706. Salmut. obs. Medic. cent. 2. histor. 86. & pag. 102. Zacut. Lu-
sit. de Medic. Princ. histor. 34. lib. 1. Marcell. Donatum hist. Medic.
mirab. c. 11. Borellum Cent 3. obs. 44. & c. Adeoq; cautè hic agen-
dum ne vivæ sepeliantur: multò minus sectio Anatomica in-
stituenda statim, cum plurimi Authores ex *Paræo lib. 3. c. 46. hi-*
storiam referant, de Medico quodam alias Excellentissimo
(quem *Andr. Vasalium fuisse, Sennert. lib. 4. prax. pag. 239. Prime-*
raf. lib. 3. de m. m. pag. 215. Zacut. Lusit. Borell. loc. citatis. referunt)
qui ad matronam Nobilissimam ex utero suffocatam & pro-
mortua habitam, vocatus, minus cautè & feliciter sectionem
adhibuit, dum ad secundæ novacula impressionem, exclamavit
vitæq;

vitaq; superstitis signa edidit; quo factum ut inquisitorum Au-
toritatem, plebisq; furorem vix effugerit.

TH. 38. Varia quidem excogitarunt indicia Autores
Medici, Alii lanâ carminatâ cum Galen. 5. de loc. affec. c. 5. nari-
bus admota, vitam explorare conantur; itidem & plumâ levis-
simâ. Alii speculum perpolitum cum eodem Galeno, ori ad-
movent, siq; halitu maculetur, de vitâ judicare solent. Alii
d) pluvim, aqua plenam, pectori imponunt, & ex aquæ motu vitam
denunciant. Ast parum firma hæc signa: si enim, ut fieri solet,
omnis respiratio ad sensum auferatur, nec lana, nec penna, nec
pelvis movebitur, nedum speculum, tersum licet, maculabitur;
Firmius est sternutatio, si scilicet, errhina naribus inflentur,
nec ea subsequatur, utiq; tunc de vitâ desperandum. Sic & si
pili pudendorum aliarumq; partium vellicentur, nec sensus ta-
ctus exhibeant indicia, fatis cessisse ægrotam, judicandum
erit. Certissimum verò signum fatior subministrabit, cum
præterlapso spatio trium vel plurium dierum, viscera, calore de-
stituta, Putrescere, alitesq; & canes allicere incipiant. Unde
forsan Persarum consuetudo, qui mortuos non prius humari
permittunt, quam vel ab alite, vel cane trahantur, sicut habet
Herod. in Clio.

TH. 39. Ad signorum documenta properandum erit, &
licet ex prædictis, qualis affectus sit hysterica passio, appareat,
quâq; ratione ab aliis discriminetur, tamen, ut melius adhuc &
accuratius de hujus mali naturâ constet, signa subjiciemus, ex
quibus malum tum dignosci, tum ex qua causa proveniat, co-
gnosci, tum demum, quid mali bonive portendat, prænosci fa-
cile possit.

TH. 40. Diagnostica itaq; quod concernit signa, in tripli-
ci solent esse differentia: vel enim imminentem designant, vel
præsentem paroxysmum, vel recedentem deniq;. Imminen-
tis mali signa, quæ paroxysmum antecedunt, potissimum sunt:
Totius corporis pigrities, cum horrore, cibi fastidium, crurum
lassitudo, pallor, tristisq; aspectus, mentis torpor, anhelitus di-
minutio ac compressio, oscitatio, capitis dolor ac ventris, sitis
vehemens, molestia quædam circa regionem umbilicalem, hinc

C

mani-

manibus sepe eum locum comprimunt, quia aliquid uti
ajunt, adscendere, instar globi sentiunt, rubedo interdum labio-
rum & oculorum adest, pulsus varietas, & debilitas, hypochon-
driorum murmur, hinc varios sonos audiri testis est Magnus
*Sennertus loc. sup. cit. p. 234. & Schenck. obs. lib. 4. de uteri suffoc.
ex Cornel. Gemma lib. 1. Cosmograph. c. 7.* Videlicet vel ranarum
coaxatus, nunc serpentum sibilos, corvorum crocitus &c. adeo,
ut demoniacas sepe putarint egrotas.

TH. 41. Presentem vero paroxysmum quæ indicant, gra-
viora sunt: adest enim sopor gravis, strangulationis sensus, re-
spiratio abolita, hinc sola transpiratione, per extremitates ar-
teriarum vivere statuunt Aa, sicuti in reptilibus venenatis, ali-
isq; animantibus accidere solet, quæ per hyemem in speluncis
& cavernis emortua quasi latitent, vitam tamen nihilominus
servent. Approbat hoc ipsum *Aristot. 2. de nat. anim. c. 11.
Datur, inquit, vivendi facultas, etiamsi desit respiratio, cui &
Galen. suffragatur 6. de loc. aff.* Crura, ulterius, contrahuntur,
interdum accedit syncope, delirium, convulsio, sensus & motus
abolitio, dentium stridor. Apud quasdam sensus quidem reman-
ent, loqui tamen minime valent, quod de uxore Pollemarchi
notavit *Hippocr. 5. popul.* Interdum lachrymantur, rident in-
terdum; sicuti de puellis narrat *Cl. Sennert. & Schenck. locis citat.*
quæ nec hortatu, nec minis coerceri potuerunt, sed in multum
cachinum effusa, continuo riserunt: quo loco & *Sennertus* ele-
gantem hujus rei addit rationem, dicit enim hoc effecisse vaporem
malignum, qui se membranis thoracis insinuans, easdem
vellicavit, & hæc ratione risum excitavit. Corpus porro refri-
geratur, pallor, oculi clauduntur, & immotæ, mortuorum ad
instar, miseræ jacent.

TH. 42. Recedere deniq; & declinare hunc affectum per-
sentimus, si rubor in malis appareat, sensum & intellectum recu-
perare incipiant, oculos post multam gravitatem aperiant, cor-
pus incalescat, profundisq; suspiriis emisissis, ad se redeant. In-
testina interdum obmurmurare solent, vomitus succedere pi-
tuitosi, ut & frigidus quoddam in collo, brachiis & scapulis, pa-
ralyseo licet fugacis speciem referens: veluti notavit *Prime-*

ros.

ros. loc. cit. ex Avicen. Effluit quoq; ut plurimum relaxata
utero, humiditas quaedam pituitosa, serosa, interdum biliosa,
testante *Mercat. l. 2. de m. m. c. 3. p. m. 545.* Cum spumescens
aqua diluvio, ad multas libras, poroxysmum fuisse solutum,
Autor est *Carol. Piso Tract. de morb. excoll. ser. ort.* Nec admi-
ratione vacat, quod notavit *Barthol. Cent. 2. histor. Anatom. 97.*
pag. 345. post criticam lachrymarum effusionem, affectum hunc
recessisse.

Th. 43. Pergo jam ad signa causarum, quae demonstrant,
an a semine, sanguine menstruo, aliisve vitiosis humoribus, suf-
focatio ortum suum traxerit. *Semen* itaq; an in culpa sit pate-
bit: si salax aegrotata, a coitu alias consueto, abstinuerit, men-
strua legitimum servant & periodicum fluxum, victus praesese-
rit lautus, & ad seminis generationem accommodatus: Si Ce-
reri temulentoq; Deo indullerit, sobriis Nymphis relictis, atq;
sibi desit in quod ejiciat, tenera brachia, collum; ut loquitur
Rocheus. de m. m. cum. d. c. 8. Si temperamentum adsit calidum
& humidum, aetas florida, praesese-
rit uterinus furor, sympto-
mata omnia sunt saeviora, totum corpus frigeat & de fronte su-
dor erumpat *Corbei Gynec. l. 1. c. 5.* Si deniq; remittente paro-
xysmo, materia semini similis multa, e muliebribus effluat *Gal.*
l. 2. de sem. c. 3.

Th. 44. A sanguine vero ortam hanc passionem, cogno-
sci poterit, si ex praevia mensium suppressione, aut inordinato
eorum fluxu, mammarum tumore, ob sanguinis ad illas partes
regurgitationem, lumborum dolore, partium superiorum ru-
bore, paroxysmi menstruationis tempore regressu, symptoma-
tum complicatorum levitate & clementia; ac tandem ex eo: si
hoc affectu corripiantur, etiam si coeant, viriq; consuetudine
utantur.

Th. 45. Ab humoribus deniq; aliis vitiosis in utero col-
lectis provenisse suffocationem, demonstrabit: *partim* agra se-
nilis aetas, utpote in qua multum generare pituita solent; *partim*
constitutio corporis cacochymica: *partim* morbus qui praesese-
sit uterinus: *partim* affectuum vehementia, iracundia, melan-
cholia &c. *partim* deniq; si affectus superveniat mensuris fluen-
tibus.

Tn 46. De signis hactenus diagnosticis solliciti fuimus, Jam ut de prognosticis agamus, ordinis ratio exigit. Certum quidem est, paucas, nisi complicata fuerit vel convulsio, vel syncope, hoc malo interisise, sed ob periculum, ne jam dicta symptomata concurrant, & molestiam, & terrorem, quibus non vacat, nullatenus aspernendum. *Ea, quæ à semine* provenit. suffocatio, periculosior longe eâ, quæ ex sanguine. Negat hoc quidem *Mercurialis* sed absq; sufficienti ratione *lib. 4. de m. m. c. 12.* Deinde in ea, quæ partes principes afficiuntur & in consensum trahuntur, symptomata graviora concurrunt, v. g. respirationis interruptio, pulsus in minutio &c. diutiusq; durant; magna diligentia & vigilantia opus est: E contra, si respiratio maneat, vel leviter saltem lædatur, sensus durent, pulsus non inordinatus & creber, symptomata occurrant mitiora, paroxysmus brevi absolvatur, nec recidivam patiatur: bonum fore eventum, sperandum. *Ulterius:* si syncope vel convulsiones permisceantur, plerumq; lethalis esse solet, itidem; si spuma circa os (quod *Mercurius lib. 2. de m. m. c. 3. pag. m. 545.* ideo contingere, scribit: quoniam ex difficili respiratione moveatur glandulis salivæ humiditas) sudorq; frigidus appareant, parum vitæ restare, judicandum. Si verò sternutatio superveniat, bonum prænunciare exitum, testatur *Hippocr. 5. Aphor. 35.* tum quia natura vehementi concussione excitatur, & partem vitiosi humoris, in cerebro contenti, excutit: (quæ ratione & singultum sanari probat *Galen. com. in hunc aphor.*) tum quia cerebrum robustum validumq; denunciat. *Puerperis* deniq; si accidit, prægnantibus & grandævæ, magnum vitæ periculum innuit: cum prægnantes, præter abortum, ob nimiam virium debilitationem, in extremum vitæ discrimen conjiciantur: puerperæ itidem ob virium, in puerperio factam prostrationem, periclitantur: sic & grandævæ quoniam cacochymicæ, difficillime ab hoc affectu liberari possunt. *Juvenulæ* vero raro admodum succumbunt, cum virium integritas morbo non tam facile cedat, sed perferat, tandemq; in conjugio proliifero penitus profliget.

Tn. 47. In antecessum, satis explicata jam ea fuisse reor, quæ

quæ ad naturam, causas, & cognitionem mali hujus atrocissimi, pertinuerunt; ad curationem itaq; ut recta via progrediamur, necessum erit, visuri, quæ ratione exitiale hoc malum, ex œconomia corporis faminei deturbari possit. Ut verò ordinem in curatione debitam servemus, ea quæ in & extra paroxysmum sint usurpanda brevibus apponemus. In illo quidem, quæ naturam sopitam excitent, materiam peccantem revellant ac discutiant: Extra paroxysmum verò, quæ præservent, ne malum vestigia relegat priora, iterumq; corpus sævitia sua molestat.

TH 48. Ab initio itaq; natura sopita citissime suscitanda, quod fieri potest, si Medicus ante omnia turbas, adstantium & tumultuantium mulierum sedet, ne confusione, quod ut plurimum fieri solet, Medicum & ægram turbent: Res quoq; externæ rite se habeant, secundum *Hippocr.* præceptum *1. Aph. 1.* Aer circumstantans non sit frigidus & ventosus, sed calidus, quia malum alias exacerbare potest: Deinde solvat ea, quibus ligantur agram, ne respiratio hisce ligaturis impediatur. Ab initio quidem, quia quasi globum adscendere sentiunt, quodammodo cingi poterit, cingulo ex corio cervino, in ipso coitu cum cervæ, scolopeta transfossi, qualem commendat *Joel prax. l. 8. sect. 1. pag. 199.* Vel ex corio humano, secundum *Bartholin. histor. anatom. 87. pag. 177.* procedente vero tempore relaxari. Peractis hisce rem ulterius aggrediatur, naturamq; excitat, vel per sensum tactus, auditus, vel olfactus.

TH. 49. Ad tactum pertinent frictiones; hinc quibusdam pro secreto est, confricare umbilicum Allii cocti succo expresso & cum Aloe mixto referente *Paræo de gener. hom. c. 44.* Ligaturæ porro dolorificæ, infra & supra genua, quia hisce materia peccans à superioribus ad inferiores revocatur partes, conducunt. Cneurbitas cum multa flamma citra scarificationem affixas femoribus, commendat *Barthol. loc. cit.* Vellicationem pilorum pudendi complures concedunt Aa. ut & aurium. Minus vero pie suadere eos putamus, qui titillationem partium internarum uteri probare non verentur, quam & *Galenum admisisse videmus* ex eo, quod dicat: *lib. 1. de sem. §. 6. de loc. aff. feminam* quandam hac facta titillatione, multum ac crassum semen

semen excrevisse, statimq; paroxysmum fuisse solutum. Res sane homini Christiano indigna & ab hoc nunquam peragenda. Curiosus adeat *Joh. Raphael. Moxium ca. 7. de cur. morb. acut. per V. S. in foetis* & *Ranchin. de morb. virg. sect. 3. c. 2.* ubi de quaestione hac plura inveniet.

Th. 50. Commendant Aa. ad excitandam agram. clamores ingentes, quibus nomen patientis saepius repetatur. *Mercurialis l. 4. de m. m. c. 22.* displusione bombardarum aliisque vehementer sonantibus, id fieri posse, affirmat.

Th. 51. Comuniter vero ad excitandam hysteriam, ad oramenta, usurpantur: Hinc cum uterus suaveolentibus, qualitate quadam occulta, delectetur, graveolentibus pluribus laedatur, ideoq; illa utero, haec vero naribus, erunt admovenda. Inter ea vero quae naribus applicanda veniunt, optima sunt *Ol. succin. foetidum, ol. Gagat. ol. ♀.* Laudatur fumus callorum equi, si in furno siccati carbonibus injiciantur, & fumus naribus excipiat, (hunc odorem & uterum perferre posse plurimi An. statuunt, de quibus in thesi seqv.) Galb. *Ase foetid.* quam commendat *Forest. loc. cit. obs. 32.* Castor. Sagapenum, Bitumen. C. C. Lign. Gvajaci, cornu & unguis Caprae, fumus ♀. Odo-ratus Rad. Phu, secundum quosdam. Pennae perdicum accensae, capilli ipsius aegrae si accendantur, a proprietate maxime juvare statuit *Mercurialis. loc. cit.* Potest quoq; tale odoramentum preparari: *Rx. Callor. Equi in furn. exsic. ℥ij Ase foetid. Castor. in Acet. dissol. à ℥ij f. Trochisci igni injiciendi Vel. Rx. Ase foetid. Serapin. a ℥ss. Castor. ℥ss; malax. c. bals. succini vel pingv. Castoris, vel ol. still. Gagatis f. Nodulus.* Quidam fumum lucernarum extinctarum naribus exhibere solent, ut & matulas inveteratas, nec non sterces humanum (salva reverentia.) Sed sordida haec sunt & nullus usus, potius statuerem haec, si cerebro infirmo offerantur, epilepticas excitare posse convulsiones; hinc cavendum.

Th. 52. Ut vero naribus maleolentia admoveat, ita & contra utero suaveolentia supponere vel applicare, curandi ratio requirit. Sunt vero ejusmodi: *Cassia Lign. Lign. Aloes, Rhodii, Ambra, Zibeth. Mosch. Styrax liquida, Ammomum, Gallia*

Gallia & Aipta Moschata, Costus, olea benevolentia, quorum
 pathologum apponere supersedeo. Afa dulc. Crocus. Hæc
 & alia vel seorsim adhiberi, vel exinde composita præparari pos-
 sunt. v.g. ℞. Mosch. Zibeth. à gr. iij. Benzo. Syrac. calam. à ℥j. c.
 Mucilag. Tragacanthi f. Trochisci carbonibus injiciendi: cujus
 fumus per instrumentum ad uteri orificium deducendus. Sic
 quidam Medicus, alias celebris D. Antonius Faber Physicus olim
 Hanensis in ipsa sua uxore, omnibus suffimentis incasum adhi-
 bitis, pro experto invenit, bals. Caryophill. c. bombace utero
 inditum. Quod verò benevolentia non semper, & graveolen-
 tia, licet justo loco applicata, affectum tollant, id naturæ mu-
 lierum adscribendum, quæ interdum adorata naribus optime
 perferunt, sicut ex Horstio Thes. 21. exemplum adduximus. Sic
 Hollerus cum 41. cent. 1. non benevolentia utero supposuit, sed
 fumum de verrucis eorum, statimq; agra convaluit. Hinc à
 quibusdam pro specifico habetur, sicuti refert Rod. à Castro de
 m. m. p. 162. & Primeros. de morb. mul. pag. 217. Heurn. li. Meth. ad
 prax. commendat fumum Nicotianæ. Mathil. l. 3. Epist. ult.
 fumum boleti cervi Corbeus lib. 1. c. 5. de m. m. pag. 100. fumum
 de Spermate Ceti, si ad genitalia pertingat. Sed in ejusmodi gra-
 veolentibus cautela opus est, ne sine discrimine exhibeantur, sed
 in illa saltem suffocatione, quæ originem à semine trahat: sicuti
 monet Primeros. loc. cit. Hinc improbat Langius Epist. 23. pag. 98.
 illud suffimigium, quod Paracelsus præscribere solidus fuit;
 extat autem lib. de morb. Ament. tr. 2. c. 4. fol. 530.

III. Nec prætereunda hic erunt sternutatoria cum
 vomitoriis, utpote quibus natura sopita ad officium quam citis-
 sime revocatur. Ubi in antecessum statim monemus: Errhina-
 ris non esse concedenda, quæ caput aliis excrementitiis refer-
 tum habent humoribus, ne ex hysterica fiat, secundum Mercu-
 rianam, Apoplectica. Sternutatoria verò præcipue hæc sunt:
 Elleb. alb. Sinapi, Pyrethrum, piper, fl. lil. convall. Nicotiana,
 Major: Ol. Irinum, succus anagallidis &c. quibus tamen ali-
 quid de castoreo addendum. v.g. ℞. Elleb. alb. putv. fl. lil. convall.
 à ℥ss. Magist. Castor. gr. v. M. vel ℞. Specier. Diatabac. Mysische.
 ℥i. fl. lil. convall. ℥ss. fol. Major. ℥ij. ol. castor. gutt. iv. Misc.
 Vel

Vel potest nasale formari in forma pyramidalis. v. g. *Re. pulv. Diatab. Mynsicht. Diamajor. à ʒss. pulv. st. Parmic ʒj. c. s. q. Cera. f. Nasale, quod illiniri potest ol. castor. vel Irini, vel ol. expresso Nigella.*

TH. 54. Vomitoria quoque non sine fructu, tanquam extremum remedium, usurpantur; experientia enim constat, ea in partu difficili, aliisque desperatis affectibus multum prestare; qualia verò esse debeant, ex materia Medica facile cognosci poterit. Præprimis verò \ominus \oplus tanquam specificum in hoc affectu commendatur, si à ʒj. ad ʒss. in apto appropri. vel alio vehiculo exhibeatur. Sic & \oplus rite præparat: à ʒj. ad ʒss. Alias multæ efficacitæ esse solent Juli Juglandum exsiccati & ad ʒij. vel ʒj. in convenienti vehiculo exhibiti. Prostant verò & alia vomitoria, v. g. *Rec. Aq. Esculap. Johan. Baptist. Zabbarb. vel Sale* (quam describit: pag. 664.) *ʒij. D. vel. Rec. Aq. benedict. Hartm. ab ʒi ad ʒij. vel Rulandi ab ʒss. ad ʒi. & quæ sunt ejusmodi alia, quæ ex Medicorum libris depromi possunt.*

TH. 55. Revocant verò & revellunt materiam quoque malignam: *pesaria, Clysteres, Unguenta, Emplastra & fofus.* Ideoque *pesaria* fieri poterunt ex benivolentibus, qualia *Thesisz.* apposui, vel iisdem saltim illiniri. Vel possunt hoc modo formari: *Rec. pesf. Uterin. Mynsicht. No. 1. illineatur in sumitate balsam. Apoplect. vel Zibeth. D. c. filo. vel Rec. Troch. Gallia Mosch. Alipt. Mosch. à ʒj. Benz. ʒss. Lign. Aloes pulverisat. Caryoph. Cinam. à ʒj. c. Ladano & Styracef. pesfus. D. c. filo.* Ex herbis quoque appropriatis præparantur *pesaria*, veluti ex herba Mercuriali, quæ optime uterum purificat. sic. *Rec. Hb. Mercurial. recent. M. 1. contund. parum, conglobetur, D. c. filo.* *Paræus* tale præscribit: *Rec. succi Mercurial. Artemis. à ʒij. in quibus dissolv. pulv. benedict. laxat. ʒij. Rad. Enul. campan. Galang. min. à ʒi. f. pesfus.* *Förestus loc. cit. obs 31. laudat Epar testudinis terrestris tritum & in pesfario ad ʒi exhibitum.* *Erotis de passion. mulier. c. 4. ex Justino: commendat priapum vulpis vel capreoli, si pulveris. & per pesfar. immittatur.* *Amplis. Dn. D. Johannes Michaelis, præceptor olim meus exoptatissimus, cui omnia quæ habeo, debeo, magno cum usu in pesfariis Tripheram persicam exhibet. Sunt verò*

verò & pestariis ea simul immiscenda, quæ flatus discutiant, ex Cumin, carvo, ruta, bacc. Lauri, Chamom. Hiera simpl. Elect. Diaphanic. &c: Incorruptis verò virginibus pestaria admove- vere nefas esset, propterea nascalia, ex eadem materia confecta, applicanda.

TH. 56. Clyster utero injici potest ex appropriatis, ve- luti: Mercuriali, Matricar. Melisf. Ruta, Artemisf. Rad. Bryon. Levistic. & aliis. *Rod. à Castr. de m. m. pag. 162.* sequens clystima commendat: Rec. *Aq. Naphe vel Lavendul lib. 1. Aq. Ocymi ʒ 10. Gall. Mosch. ʒ ij. galban. ʒ ij. Mosch. Ambr. à gr. v. syr. de artemisf. ʒ iv. Croc. pulveris. cinomom. Caryoph. à ʒ ss. Miscf. licet mihi pro una dosi, quantitatem debitam excedere, videatur. Alvus quoq; si non respondeat, clystere aperienda, ne si flatibus distendatur, malum cumulet. Ranchinus de morb. virgin. sect. 3. c. 2. Therebinthinam, eò quod vasa genitalia detergeat, seminalemq; ma- teriam evacuet, clysteribus immiscendam, statuit.*

TH. 57. Regio uteri & umbilicalis, inungi dein poterit, ol. Nardin. Irino, vel Rutaceo. *Borellus* hoc oleum miris modis evehit, si tempore paroxysmi, nares, cor, & stomachi regio inungantur, & si pertinax fuerit affect. s, guttæ quædam deglu- tiantur: Præparatur ita: Rec. *Ruta, Artemisf. Matricar. Tana- cet. Lavendula, Mentha, melisse. à q. v. ebulliant in oleo olivarum, exprimatur Cent. 2. observ. 66. Roderic. à Castr. loc. cit. pag. 163.* plurimum juvare dicit, inunctionem, ol. Mathioli factam, & *Borellus loc. cit.* umbilicum jubet ol. succini, uteri vero orificium, balsam. apoplect. vel Zibetho, inungere. Nec inutile erit si uteri regio Theriaca, oleo rutac. soluta, illinatur. *Hillerus cura 41. Centur. 1.* hoc commendat: Rec. *Butyr. ex lacte Caprill. recent. ʒ vi. sevi cervini, Therebinth. à ʒ ss. Gummi Amoniacy, Aloes Epatic. à ʒ ij. M. f. Ungv.* Poterit quoq; tale unguentum præscribi: Rec. *Bals. Uterin. Mynsicht. ʒ ij. pingv. Castor. ʒ j. M. Schenckius obs. lib. 4. de uteri suffoc.* sequens laudat unguentum Rec. *Zibeth gr. ij. Ambr. Mosch. à gr. i. excipiatur ol. succini hujus ciceris in- star umbilico immittitur; Sic quoq; magnis laudibus evehit Ungv. Cratonis cum Camerario in horto, ex selarea coctum cum butyro & gummi Tacamahac: Ad miraculum quoq; mederi*

D

huic

Hic affectui dicunt Ol. ℥. si hujus gutta. 7. umbilico instilletur, vel guttae iij intra corpus assumantur. Descriptionem inter alios & apud Cl. Sennertum habebis loc. cit. pag. 241.

TH. 58. Emplastra nunc sequuntur, quæ magno cum usu imponuntur. Sunt vero v. g. Empl. Augustanorum, si malaxetur ol. Castor: vel massa Ceronii Empl. & aliquid addatur de nuc. Moschata, Caryophill. & cumino: Deinde malaxetur oleo Laurino. Radix Levistici si coqvatur, teratur, ac cum axungia quadam umbilico imponatur, magna præstabit. Ex Gummatibus quoq; aliis, Emplastra fiunt, veluti Asa foetida, Galbano, Sagapeno, Tacamahaca &c. *Forest. loc. cit. obs. 31.* infinitas se curasse præfocatas ait, sola Empl. ex Galbano cum Aceto. Potest autem tale formari. Rec. Galban. ℥iij. Bdellii ℥ij. pulv. Matric. p. iij. sem. Dauc. ℥ss. Asa foetid. ℥iij. Gummat. in Aceto dissolvantur, addita cera q. s. Aliam descriptionem vid. apud *Forest. obs. 32. It. Cl. Sennert. Instit. l. 5. p. 3. §. 3. c. 36. p. m. 1505.*

TH. 59. Fofus, mediantibus sacculis fieri poterit, ex carminantibus & appropriatis, veluti Chamom. Aneth. Ruta, Artemis. Rad. filic. Levistic. Hb. Meliss. Menthastris, Rorismarin. Puleg. fl. Chamom. & quæ sunt plura. Rec. Hb. Matric. Rorismar. Ruta à Miss. sem. Cumini. Dauci, seseleos, Ruta. à ℥iij. fl. Chamom. p. iij. Lavend. p. ij. Asperg. Spir. Carminativ. Vel. R. Hb. Artemis. rubr. M. ij. Puleg. Mercurial. à M. 1. fl. Chamom. Rom. p. iij. Bacc. Lauri ℥i. Rad. bryon. Angel. à ℥vi. concis. D. f. sacculus.

TH. 60. Hic apponere lubet, quod habet *Borellus Cent. 3. obs. 90.* de quadam muliere, quæ in dæmentiam ab hoc affectu, incidit, nulloq; remediorum genere lavari potuit, donec magnetem ventriculo imponeret, quo per tempus gestato, multorum cum admiratione, convaluit.

TH. 61. Non immerito quoq; hic quæritur: An V.S. in paroxysmo locum habeat? Nos ut brevissimis respondeamus, dicimus: inutilem, quin noxiam evadere, si suffocatio à semine corrupto orta sit, propter summam videlicet virium imbecillitatem, quæ hoc malum semper comitari solet: Ast, si ab obstructione mensium proficiscatur, & necessitas ob Pletoram urgeat, libentissime eam concedimus, cum hoc modo sanguis evacuetur,

cuetur, & materia peccans à partibus nobilioribus derivetur
avoceturq;

TH.62. Hactenus medicamenta, quæ externe potuerunt
applicari, recensita fuere, jam itaq; recta pede ad ea progre-
dimur, quæ intra assumi cum fructu possunt. (*Excusabit verò
nos Lector benevolus, quod formulas sequentium remediorum omit-
tamus, propter temporis enim angustiam, prolixius explanare non
licet.*) Sunt vero ea potissimum sequentia: Ol. γ , ϵ γ . Spe-
cies Dia γ . *Mynsicht*. Bezoard. γ ale. Θ . succini, Θ uterin. *Myn-
sichti*. Juli juglandum. Fœc. bryon. Decoctum bryon. & omnia
ex bryonia præparata, specificè in hoc affectu commendantur,
vide Matthiol. in comment. super cap. 176. lib. 4. Dioscoridis Θ co-
rallorum, quod aliis incassum adhibitis, cum fructu usurpasse
testatur *Crollius Basil. Chymicag. p. 166.* Essentia granorum
Chamæactes, cujus descriptionem habet *Hartman. prax. Chy-
miatr. pag. m. 180.* Laudan. uterin. *specificum Hartmanni.*
Pulvis uterinus *Amplis. Dn. D. Michaelis.* Elixir uterinum *ejus-
dem.* Item Elixier uterinum *Crollii.* Pulvis secundivæ præpar.
Tali leporis ad \mathfrak{z} vi. in aqua appropr. Magist. Perlar. Extr. ex cal-
lis eqvorum. Crystallus præparatos singulari proprietate huic
malo succurrere, plurimi testantur Aa. si exhibeantur in aqua
Artemisæ vel alia specifica. Spir. Θ γ . Spiritus Θ cum Θ
corallorum; quibus desperatissimas suffocationes curavit *Crol-
lius* sicut testatur *Basil. Chymic. pag. m. 224.* Extract. Castor. pillu-
læ ex castoreo. Essent. Castorei, Magister. Castorei. Pillulæ ex
Ala foetida. Triphera magna sine opio, quam laudat *Hercul.
Saxon. prax. lib. 4. c. 29.* Tinctura uterina *Mynsichti.* Spir. cam-
phoratus matricalis. Fuliginem in substantia exhibitum valde
prodesse, quidam asserunt. Aqua Hysterica *Dornerellii* ad \mathfrak{z} vi.
Aqua Naphæ ad \mathfrak{z} iv. cum sanguine Draconis, secundum *Sole-
mandrum.* Aqua Hirundin. c. Castoreo, Melisæ composita,
Carbunculi, Borellus Cent. 2. obs. 5. ex usu Bezoar oriental. gr. vi
c. Aqua melisæ, Hystericam convaluisse narrat. Ungulam
Alcis, tam interne quam externe amuleti loco, commendat *Ma-
nabeus, cap. 10. de Alce.* Pinguedinem lepotinam alii, si guttæ
iv. c. cerevisia calida assumantur. Alii decoctum Nepethæ.

D 2

Jaco-

*Jacobus Kuffius de m. m. l. 6. c. 8. & alij merdam cabulli avena nutriti, vino optime decoctam & ealide potatam. Sunt quoq; alia simplicia adhuc: Rad. Angel. Arist. rot. Bryon. Levistici, Pœonia, Zedoar. Gentianæ, Petasit, Peucedani, quæ Cammerario teste efficacissima, si saltem ore detineatur, vel Amuleti loco gestetur. Eringii, Enulæ. Herbi Abrotan. Artemis. Matricar. melissæ, Rutæ, Calaminthæ, menthæ, Pulegii, Mercurialis. Flores Lavendulæ, Anthos, Cnici, (qui si cum pauco Alumine coquantur mira præstare quidam asserunt) Salvix &c. Semen Cumini, Carvi, Seseleos, & reliqua carminantia, Levistici. Quercetanus *Pharmatop. reformat. c. 20.* semen pastinac. laudat communis, si pulverisatum cum vino, vel aqua matricali porrigatur. De semine urticæ idem referunt Aa. Huc pertinet & semen Dauci; Baccæ juniperi, Lauri. *Avitenna secretum* in hoc affectu est, exhibere gr. xv. piper. nigr. contus. in vino albo. Et quæ sunt plurima alia.*

Th. 63. Hic cautelam apponere necessum habemus, scilicet prægnantibus hystericis, hæc apposita medicamenta indiscriminatim non esse exhibenda, cum quædam abortum causari possint, sed ea potius eligenda, quæ uterum & fœtum corroborent, noxiamq; auram præcipitent.

Th. 64. Vini quoq; mentionem in Th 62. fecimus, hinc non immerito quæritur: *An vinum hystericis sit largiendum?* Breviter respondemus: in paroxysmo, ob summam virium imbecillitatem, vinum hystericis non esse denegandum, & tuto posse exhiberi, præsertim si syncopè simul adsit. Hinc *Hippocrant. 1. de natura mul.* id præcipit. Item *B. Sennertus, Roderic. à Castro, Horstius*, aliiq; probatæ fidei Autores. Extra paroxysmum vero minus recte illis propinatur vinum, cum, uti dictum, spiritus quasi furibundos reddat, præprimis si generosum sit, seminisq; generationem promoveat.

Th. 56. Hæc fuere quæ in paroxysmo hystericarum potuerunt observari, ulterius nunc dispicienda restant ea, quæ post illum, præservando sc. sunt peragenda. Ut vero ordinem servemus, ea prius quæ antecedentes causas tollant, deinde quæ uterum roborent, evolvemus.

Th. 66.

TH 86. Ex antecedentibus constat vaporem malignum,
 tanquam causam hujus mali proximam, vel à semine vel sangvi-
 ne, vel aliis deniq; humoribus in utero collectis, progenerari.
 Hinc malignitas causarum jam venit tollenda. Si itaq; à Se-
 mine corrupto oriatur, universalia purgantia, licet leniora erunt
 præmittenda, sæpius tamen repetenda. Ex rad. bryon. Extr. &
 fœc. bryoniæ. Extr. Mechoac. Pulvis catholicus purgans *Dn. D.*
Michaelis iusta dosi potest exhiberi ad \mathfrak{ss} . Per clysteres quoq;
 alvus expurgari potest. *Rx. Hb. Arremif. Matric. Ruta, Sabin. Mer-*
curial. à m. i. Rad. Levistic. bryon. filic. à ʒj. stachad; Rorism. salv. à
p. i. Sem. Ruta, cumin. Amnios. à ʒj. Coq. inf. q. Aq. Com. colat Rec.
ʒviij in quibus dissolv. Electuar. laxativi. i. Castor. ʒi. vit. ovor. No. i.
f. Clysm. His præmissis eò cura dirigenda, quò seminis gene-
 ratio prohibeatur, & genitum jam, imminuatur. Prohibetur
 primò V. S. quâ sanguis tanquam materia ex quâ, evacuetur;
 deinde medicamentis: veluti sunt Essent. Castitat. *Prælaudatis:*
Dn. D. Michaelis, ut & omnia frigida: Lactuca, (quam *Pythago-*
rici Evnuchiam appellant, & secundum *Poetarum* figmentum,
 Venus Adonin inter lactucas sepelivisse creditur) Vitix, agnus
 castus, Nymphaea, Portulaca, Plantago, Solanum, Semperviv.
 Umbilicus Vener. Mentha, sem. mentastri, Camphora, Crystalli,
 Thus, Lamina plumbea tumbis alligata, ut & omnia medica-
 menta ex Saturno, Therebinth. Item medicamenta ex σ . *Ro-*
der. à Castro de m. m. pag. 168. hos bolos præscribit Rec. Therebinth-
abiet. ʒij. Agar Trochisc. ʒi. Sem. Dauci, cannab. pulv. lign. Aloes à
grviii. c. ʒj. Jacchari f. l. a. Bol. Stobaus, sermon. 98. & Plin. lib. 24.
c. 9. fructum salicis commendant, cum vino potatum, hunc enim
 libidinem omnium optime domare. Sed non sæpius usurpandus
 hic haustus, alioquin impotentiam inducere potest; secundum
Mercatum lo. cit. pag. 331. Mercurialis laudat acetositatem Citri &
 limonum. *Rondoleius* cinerem intestinorum Gallinæ. *Crato-*
 pulv. mandibul. Lucii piscis. *Rases* serum lactis acidum. *Forestus*
 & alii quam plures pro secreto habent Castoreum, si cum vino,
 vel in forma pillularum cum aliis appropriatis assumatur. *Ezler*
in Magog Medic. Magic. de verbis Saturno subjectis cicutam amule-
 ti loco tradit. *Riverius Prax. T. i. l. 9. c. 8. priapum vulpis cum testi-*
 culis

culis locatum, & de collo ad umbilicum usq; suspensum. *Idem*
Centur. 2. obs. 31. frustulum carnis Lupi salitum de collo gestatum.
Mercurialis loc. cit. Rutæ ulum miris modis deprædicat. Impedi-
tur deniq; sanguis & seminis generatio *Dieta*, si ea vitent mulie-
res, quæ ad seminis productionem facere, supra diximus. Eva-
cuatur verò semen genitum optime in iis quidem quæ viro co-
pulatæ sunt, legitimo coitu: In virginibus vero & viduis, cly-
steribus & pessis uterinis, quorum cathalogum apposuimus.

TH. 67. Aliam curandi rationem, sanguis suppressus re-
quirit: Hic enim *primò* si vires integræ, Venæ sectio instituenda.
Deinde Medicam: aperientia, mensesq; moventia, usurpanda:
v.g. ex. ♀. Cremor. Crystall. & Tinctura ♀, ♀ ♂ at. Spiritus
ejusdem. Sic Salia quoq; Sal Absinth. Artemis. uterinum Myn-
sicht. & alia. Spir. aperit. Pœnoti. ♂. ♂. fixatum Ex. ♂. Ess. ♂. li-
quid: Croc. aperit. Tinct. ♂ ♂ vinum ♂ at. Hartman. Extr. Mart.
fl. vitriol. Mart. & Veneris. Infulum Elleb. N. Extr. Colochinth.
Essent. ad menses *Amplis. Dn. D. Michaelis.* Extractum ad menses
ejusdem. Essent: fumar. compos. Sic quoq; magnæ efficacæ est
Arcanum Excellentis. Dn. D. Christian Langii, Patbol. P. P. Lips.
quod *Lucinam* vocat. Ess. Splenis bovis. Melisf. Sabin. artemisf.
Croc. Castorej. Pillul. de Sabina *Mynsichti*, Trochisc. de Myrrha,
fl. ♀. Terra mineræ Martialis, laudante *Zacut Lusit. lib. 3. prax. ob-*
serv. 3. pag. 486. Spir. Vitriol. Hermaphroditicus. Spir. Gummi
Ammoniac. Infus. Tartari & Martis c. aqua approp. Species
Dialauri Mynsichti, & quæ alia sunt plurima, quæ omnia appo-
nere, instituti ratio non permittit.

TH. 68. Si uterus deniq; pravus humoribus scateat, puri-
ficantia hic requiruntur, Purificatur, vero optime pessis ex Mer-
curiali, quæ vel sola sufficit ad uteri impuritates. Pessi verò simul
purgantes preparari possunt v.g. *Rec. Electaur. benedict. laxat. ʒij*
succi Mercurial. q. s. Imbuatur eo lana & obvolvatur panno serico, f.
pessi No. II. D. c. flo. Si verò vasorum obstructio, ab humoribus
facta sit, incidentia & evacuantia necessaria sunt. syr. de Arthe-
mis. comp. de Althea. Heder. terrestr. syr. aperit. Minderer. syr.
quinq; Rad. aperient. Oxymel in aqua approp. exhibitum. Dec.
Matricar. Eupator. Species Diacapparum, Diacumin. Tro-
chisc.

chisc. de Absinth. & Rhabarbar. Tartarum Vitriolat. Chalybeat.
Cremor Tartari, crocus Martis aperitiv. & omnia ex Marte. *Eva-*
cuantia sunt. Agaricus, Mechoac. Turbith, Troch Alhandal. quos
commendat, aliisque omnibus anteponeit *Mesfarie lib. 4. prax. c. 2.*
Si humores sint pituitosi & serosi, convenit Extr. Esulæ, fol. Sen-
næ, Extr. Elteb. N. Mercur. d. aliisque pillulæ, Masf. pill. Hier. c.
Agar. Aleophang. Cochiaz & c. *Horstius* Thermas Cœrollinas, ha-
rumque usu plurimas convaluisse, refert.

TH. 69. Roborandus nunc erit uterus, medicamentis ap-
propriatis, quæ præparantur ex Melissa, Mentha, Puleg. cala-
mintha, Imperatoria, Artemisia, & præcipue *Bryonia*, quæ sane
magnæ efficacitæ est, sic ex Elenio Nuc. Mosch. Coryaph. & c. Huc
referendæ & aquæ uterinæ. Aqua Hysterica Camphorata, Com-
pos. Augustanorum. Prosumt & Corallia, Margaritæ, Mater Per-
larum, & Salia, solutiones, Magisteria horum. Sal succini. Spe-
cies Diamargarit. frig. & calid. & c.

TH. 70. Ad finem properandum est & videndum, quæ ra-
tione Diæta comparata esse debeat, ne ejus neglectu, malum sibi
ipsi accersant foeminae. Vitent itaque ea potissimum, quæ in re-
rum Procatarticarum enarratione, à nobis fuerunt recensita:
Et quidem *aerem* fugiant ventosum multisque humiditatibus re-
fertum: Potius eligant temperatum, & si obstructions adsint,
calidiorem; Vitent suaveolentia, cum usus horum exitiosus illis
existat, potius gerant globulos ex Castor. sagapan galbano, ali-
isque foetidis. Nec minorem curam habeant *cibi & potus*. Non
multus sit cibus, nec optimi nutrimenti, multo minus ad gene-
rationem flatuum accomodatus, veluti legumina & bulbi: de
quibus Poeta:

Dænis an Lybicis, bulbus tibi missus ab oris,

An veniat Margaris, noxius omnis erit:

Nec minus Erucas aptum est vitare salaces.

Nedum ad corruptionem proclivis, veluti fructus horatii. Sed
potius paucus sit & temperatus. Lactuca vesci sæpius, convenit,
cum hæc frigiditate sua, sanguinis fervorem temperet, semenque
imminuat. Dulcia & aromata non assumant; cum hæc æque ac
benevolentia, passionem hystericam excitent. *Potus* consimili
ratione,

ratione, nec quantitate, nec qualitate modum excedat: Vinum, utpote in quo Venus luxuriat, præprimis generosum, huic affectioni obnoxium, plane sit interdictum: Si verò eo uti recessitas urgeat, tenue sit ac diluibile. *Alvus* aperta maneat & lubrica, exq; purgationes, quæ naturali instinctu fieri solent, nullatenus sint suppressæ: Ac si in conjugio vivant, Venere utantur. *Orium* & desidiam, velut angvem fugiant, cum deses vita, venereis sit emancipata actionibus. *Somnum* longiorem & sedentariam vitam non ament, cum hisce tam boni quam mali succi promptissime coquantur, quo nomine sint mediocria. *Motus* medium servet, cum constet, hoc existente violento, humores in corpore agitari, ac cruditates progigni. *Iram* deniq; aliaq; animi Pathemata, non experiantur, cum superius probatum, plurimas fatales expertas fuisse suffocationes, ex ira aliisq; affectibus. Vitent *lascivas picturarum* imagines, fugiant lectiones amatorias, nec cogitationibus suavè pensitent voluptatem. Sed suo officio fungantur, siq; tempus superfit, lectionibus sacris id consumant. Alias, si prius peragunt negotium, spiritus inquietant, fomitemq; periculosissimum, huic malo accendunt.

Th. 71. Atq; hæc sunt, quæ pro temporis & instituti ratione, de affectu hoc non vulgari, quem merito *συνφρονη* omnium fere affectionum muliebrium appellare possumus, in medium proferre licuit. Fateri necesse habeo, solidissime omnia, & prout materiae dignitas exegisset, à me non esse explanata, quo nomine & *Candidum Lectorem*, ut navos, quæ surrepere, benivole obvelet, peramanter rogitō. *DEO* interea sit *Laus honor & gloria in sempiternum*.



mp
e-
as
i,
us
m
it
m
n.
e-
i.
i.
s
d
d
i
s
i
m
m
d


05 A 1642

ULB Halle 3
003 780 309


1079







JESU FORTUNANTE.
Decreto atq; Autoritate
AMPLISSIMI MEDICORUM COLLEGII
In Illustri Academia Wittebergensi
PRO LICENTIA
Summos in Medicina honores & privilegia Doctora-
lia legitimè impetrandi.
PRÆSIDE
VIRO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO.
DN. MICHAELE SENNERTO,
MED. DOCT. ANATOM. ET BOTANIC.
PROF. PUBL. CELEBERR.
Dn. Patrono, Fautore, atq; Promotore, singularis ob-
servantiæ cultu æternum prosequendo.
De
SUFFOCATIO-
NE UTERINA
publicè disputabit
M. JACOBUS Falckner / Lipsiens.
Practicus Hanensis.
Horis ante & pomeridianis ad diem 29. Novembris
In Auditor. Major.

WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr. Anno 1660.